



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 28. Andegavensis Episcopi edictum contra formulæ juramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. „præsumat sub pœna amittendi gradum
A. C. 1676. „quemcunque in sacra Facultate obti-
 „nuerit. Porro ut hoc decretum om-
 „nibus, ad quos pertinere poterit, in-
 „notescat, in nostræ Facultatis acta re-
 „feretur, & in majoribus scolis proxi-
 „ma disputatione publica per scribam
 „ordinarium promulgabitur coram no-
 „bis & omnibus sive Licentiatis, sive
 „Baccalaureis, sive aliis, quicunque ad-
 „erunt, sacre Theologiæ candidatis.

§. XXVIII.

*Andegavensis Episcopi edictum con-
 tra formulæ juramentum.*

Argentret. c.
p. 344. &
suppl. p. 594.
Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 37.
pag. 65.

Haud diu decantata Pax Clemen-
 tis IX. in Galliis viguit, brevique
 patuit, eam nonnisi subdola dissimu-
 latione, falso adimpletæ conditionis tes-
 timonio aliisque malis artibus extor-
 tam fuisse: Hoc enim anno præ ceteris
 Henricus Arnaldus Andegavensis Epi-
 scopus, unus ex quatuor illis Franciæ
 Episcopis, qui in sua declaratione sub-
 jectionem sinceram erga quæstionem ju-
 ris exaggerantes, aliam de quæstione
 facti dissimulabant, publico documento
 testatus est, cujus tum mentis ac sen-
 tentiæ reipsa fuerit, & qua sinceritate
 plenam obedientiam pollicitus sit, quip-
 pe die quarta Maij ad Decanum, Syn-
 dicum

dicum & Facultatis Theologicæ Andegavensis Doctores literas dedit, in quibus indicta suspensionis *ipso facto* incurrendæ poena temere inhibuit, ne formulæ subscriptionem exclusâ distinctione juris & facti exigent. Præfati edicti summa erat hæc: „Percepimus, „regiis literis ad vos transmissis mandatum esse, ut regium diploma die „decimo quarto Februarii ad Abbatem „de la Barre Cancellarium Universitatis transmissum ad acta referatis, vi „cujus innovatum est juramentum, „quod circa quinque Jansenii Propositiones a Pontificibus damnatas Universitatis Magistri præstare consueverunt: Quoniam vero hoc diploma „nonnisi obreptitie a Rege fuerit extortum, eique expositum, quod ab hisce „Magistris in eorum juramento condemnationis harum propositionum semper „fuisse exigita, id vero falsum esse, „omnibus constet, & vos jam a Mense „Aprili Anni post Christum natum millesimi sexcentissimi sexagesimi noni reclamaveritis contra ea, quæ præfatus Cancellarius veteri juramento auctoritate privata addidit, prout ex „actis vestris patet: hinc Regem datis „literis de tota rei hujus serie edocui- „mus; interea vero, dum Regis responsum, ejusque mentis declarationem

Sæc. XVII.
A. C. 1676.

Sæc. XVII. „nem circa novam hanc additionem
A. C. 1676. „præstolati sumus, relatum nobis est,
 „quod ex vobis nonnulli hoc Regis
 „diploma sinistre interpretantes, veteri
 „juramento non modo quinque propo-
 „sitionum damnationem, sed etiam
 „contra genuinam Regis intentionem
 „factum Jansenii immiscere voluerint;
 „cum ergo hac ratione veteres dissen-
 „siones resuscitarentur, simulque turbare-
 „tur Ecclesiæ pax, quam tamen Rex
 „inviolatè servari voluit, quæquæ uni-
 „ce fundatur in distinctione inter harum
 „propositionum doctrinam ab omnibus
 „damnatam, atque inter Jansenii fa-
 „ctum, circa quod obsequiosum sufficit
 „silentium, quale nos omnesque Epi-
 „scopi in nostris professi sumus declara-
 „tionibus, quibus hæc pax innititur,
 „& quæ communi consilio cum Sedis
 „Apostolicæ Nuntio agitata nil nisi
 „ipsius Papæ mentem continet: hinc
 „ut hanc pacem per Regem tam feli-
 „citer Ecclesiæ datam conservemus,
 „usque dum Rex circa præfatam addi-
 „tionem apertius mentem suam decla-
 „raverit, prohibemus, ne a Baccalau-
 „reis &c. aliud præter doctrinæ dam-
 „nationem, & circa facti quæstionem
 „eam exigant disciplinæ submissionem,
 „quæ in eo consistit, ut circa hunc ar-
 „ticulum teneant obsequiosum silen-
 „tium:

„tium: indicta autem suspensionis ipso Sæc. XVII.
 „facto incurrendæ pœna tam his, qui A.C. 1676.
 „aliud exigunt, quam qui præstant,
 „prohibemus, ne juramentum præstent
 „sine distinctione doctrinæ harum pro-
 „positionum a facto Jansenii &c. Postea
 idem Episcopus die quarta Septem-
 bris aliud vulgavit decretum, quo
 prius interpretabatur, asserens, nun-
 „quam sibi in mentem venisse, quod
 „puram & simplicem subscriptionem
 „prohiberet illis, qui juxta suum dicta-
 „men credunt, quod salva conscientia
 „subscribere possint.”

§. XXIX.

*Hoc Episcopi edictum a Regio Se-
 natu irritatum.*

Postquam Ludovicus Rex ejusmodi
 edictum ab Andegavenſi Episcopo *Argentre*
 fuisse promulgatum compererat, im-
 pellantibus Harlæo Parisiensi Episcopo *suppl. p. 398.*
 & Patre la Chaise Jesuita mox in Re-
 gio suo Senatu vehementer quereba-
 tur, quod Episcopus regias literas die
 decima quarta Februarii & decima sexta
 Aprilis circa juramentum ad Cancel-
 larium datas, quibus quicquam circa
 subscriptionis modum immutari prohi-
 bitum, prætexta obreptione eludere
 velit, eapropter a regio Consilio sequens
 decre-